Successorum, ad officium praesens Castrense Capitaneale Prze:
myslense, ex hinc recessu Suprascripto, quo ad responden:
dum spectat mediante, Semper in primo Citationis Termino
tanquam peremptorio Stare Comparere respondere Vadi:
um vel Vadia praetacta Lucre Inscriptioni praesenti satis
facere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur Se
ac Suos Successores, ad quae eadem omnia inscribit et obligat prae:
sentibus, illum Terminum primum peremptorium, et alios
omnes exinde Consequentes Causae eiusdem Terminos Sem:
per peremptorios, Vera infirmitate pro maiori minoren
nitate Successorum, legatione intra vel extra Regnum.
Servitio militari ad munimenta ad Exercitum vel
aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis
non differendo, ad quietationem praetactae Ultra pro
ximos officij praefati Castrensis Capitanealis Przemy
sliensis Terminos dilationem Sibi non recipiendo
nullasq[ue] motiones appellationes ac earum prosecu:
tiones faciendo ac praemissa omnia planis simplicibusq[ue]
vel implicatis evasionibus Suspensionibus fatalitis Iuris
prae Scriptione Temporis bello Conventionibusq[ue] ac aliis o:
mnibus Iuris remediis et defensis non Subterfugiendo
nec modo quovis alio evadendo Hac Sua praesen
ti personali recognitione ad praemissa omnia et
Singula mediante

Krasicki Dzierzanowskim
Coniugibus adscribit.

Comparens

+

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesenti-
bus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Illustris
et Magnificus Martinus Constantinus de Siecin in Krasi-
czyn Krasicki Castellanus Praemisliensis Sanus mente
et corpore existens a Terrae Districtibus Juribus Jurisdictioni-
busque Suis quibusvis propriis et competentibus recedendo
praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Jurisdi- 59
ctioni quoad actum praesentem ultroneae seque successo-
ribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plena- 95
rie incorporando atque subjiciendo, palam libere publice
ac per expressum recognovit. Quia ipse ad priorem Sum-
mam Trium Millium Centum Sexaginta Octo Floreno-
rum et grossorum quindecim Polonicalium per se Reco-
gnoscentem, Generosis Hyacintho Dzierzanowski et Ma-
gdalenae Gorska Coniugibus Legitimis Actis officii prae-
sentis inscriptam ac super bonis suis propriis et haereditariis
Videlicet certa sorte tota et integra quae et quanta in pos-
sessione Generosi Ruszkowski antea extiterat cum bina
ibidem sess: cum Laboriosis Błonarz Iwan Grzeszczak Jan
Cmetonibus atque Franka Niemiec, Wrzal sive Nikiel horto-
lanis, cum Krupa Inquilino, nec non agris desertis Bałowska
Jaroszowska et Bałowka, Kunkowska Niemcowka dictis
cum Inquilinis in eadem bonorum sorte commanentibus
in bonis Villae Wesoła Terrae vero Sanocensi consistentibus
modo obligatorio ad Solvendum assecuravit nunc demum
alteram Summam Octingentorum Triginta Florenorum
Polonicalium de manibus eorundem Generosorum

+

Dzierzanowskich Coniugibus lenatam et realiter per-
ceptam, adscribit, adiungit et associat, et in Unam et in:
divisam Summam copulat, ita Ut summa eadem Utrisq;
efficiant, Unam totalem et integram Summam Trium
Millium Noningentorum Nonaginta Octo Florenorum
et Grossorum Quindecim Polonicalium. In quaquidem
summa supvascripta, simul iuncta et in Unum Copulata
is idem supvascriptus Illustris et Magnificus Martinus Con
stantinus de Siecin in Krasiczyn Krasicki Castellanus Pre:
mysliensis Recognoscens bona sua propria et haeredita
ria Supraspecificata tum et alia Niemcowska pustka
z Folwarkiem nalezącą pustle zostaiącym ktorą trzymał
Szpaczynski Laboriorum Drobniak Hortulanum zewszy:
stky woley Drobniakowska, necnon Uorecza pod Viazdami
okolo Lasu y Laki na Wroblowskiey woli ktore pomienio
ny Szpaczynski trzymal in bonis praefatis Wesola Terra Vero
Sanocensi Consistentibus cum omni bonorum eorundem
seu Sortis memoratae Iure Dominio proprietate tituloq;
Obligatorio, omnibusq; et singulis, Utilitatibus, fructibus
proventibus redditibus, emolumentis Commodis obven:
tionibus, tum agris pratis campis pascuis pascuariis, sylvis
nemoribus, indaginibus, rubetis Vepretibus, mericis Virgultis
Villagiis, Stagnis magnis et parvis piscinis piscinulis, rivis
rivulis, torrentibus, aquarum decursibus, molendinis, Ce:
teris attinentiisq; et pertinentiis generaliter Univer-
sis necnon Subditis Cmethonibus hortulanis, Inquili:
nis, eorumq; laboribus, Censibus, dationibus, Vectuis muniisq;
necessariis ac Obsequiis quibusvis, nihil ex praemissis Iuris

Dominij

Dominij proprietatis, ac cuiusuis competentiæ et prærro:
gatiuæ prose Recognoscente, Suisq Successoribus, aut alteri
quopiam reseruando seu excipiendo, verum ita late
longe circumferentialiterq, prout præfatorum bono
rum seu sortis memoratæ præsentibus obligatorum
hæreditas se in suis metis et limitibus ab antiquo ex:
tendit et prætenditur et prout eadem bona ipsemet
Recognoscens tenuit, habuit et possidebat, ipsumq con
cernebant ac eidem legitime seruiebant. Iam ex nunc
et de facto suprascriptis Generosis Hyacintho Brze
rzanowski et Magdalenæ Gorska coniugibus legitimis
et eorum successoribus hinc et ab actu præsenti ad fe:
stum conuersionis Sancti Pauli Apostoli post annum
vnum proxime venturum, incidens, et in defectu pro:
tunc eorundem bonorum, seu sortis suprascriptæ exemptio:
nis, summæq memoratæ totalis et integræ realis persolu:
tionis ex tunc de anno ad annum festo ad festum pro
simili die et festo conuersionis Sancti Pauli Apostoli sese
determinante annis et festis sese continue et imme:
diate sequentibus, vsq ad exemptionem bonorum eo:
rundem suprascriptorum, summæq memoratæ totalis et in:
tegræ realem ac effectiuam persolutionem obligauit
inscripsit et inuadiauit, prout obligat, inscribit et in:
uadiat præsentibus. In quæ quidem bona superius speci:
ficata seu sortes memoratas, præmissaq omnia præ:
sentibus per se Recognoscentem obligata et inuadia
ta. Iam ex nunc et de facto idem Recognoscens Illu:
stris et Magnificus Martinus Constantinus de Siecin in:

Krasiczyn Krasicki Castellanus Przemisliensis praefatis Generosis Hyacintho Brzezanowski et Magdalenae Gorska Coniugibus Obligatariis Suis, eorumq posteris Coram officio praesenti dat et admittit, realem Intromissionem et actualem pacificamq possessionem per Ministerialem quemcunq Competentem et Nobiles Suos, die quacunq voluerint officiose accipiendam. Seu ipsos obligatarios Suos ipsorumq posteros, haec eadem bona praemissaq omnia praesentibus inuadiata cum Vniuersis eorum Vtilitatibus et Vsufructibus attinentiisq et pertinentiis generaliter Vniuersis tenendi, habendi, et possidendi, illisq quiete et pacifice Vti fruendi, ac ad Vsus Suos Suorumq Successorum quosuis beneplacitos libere et effectualiter Conuertendi, modo ac Iure Obligatorio. Debetq et tenebitur memoratus Recognoscens prout se ac Suos Successores in et Super bonis Suis generaliter omnibus Summisq pecuniariis quibusuis habitis et habendis Suprascriptis Obligatariis Suis eorumq Successoribus inscribit et obligat praesentibus, in dictis bonis praemissisq omnibus per se Recognoscentem inuadiatis, a turbatione eorundem omnium ab omni et quauis impetitione Iuridica quarumcunq personarum Cuiuscunq Conditionis Status et Sexus cuiusuis existentium exonerando in omni Iudicio et Officio Regni Semper toties quoties opus fuerit, tueri, defendere, euincere, intercedere et eliberare indemnesq eum posteris reddere, necnon haec eadem bona praemissaq omnia praesentibus per se recognoscentem obligata et inuadiata ab omnibus in genere re

Sumibus

Juribus, et Inscriptionibus prioribus et posterioribus su-
per præmissa omnia modo quovis cuicunque persona-
rum factis et faciendis, tum etiam a quibusvis Citationi-
bus, in eadem bona suprascripta modo quocunque importatis
et importandis, Litis denique et pendentis processibusque Juris
quibusvis in quocunque puncto et gradu Juris dependen-
tibus, et in quovis Judicio et Officio Regni, obtentis et ob-
tinendis ac super præmissis bonis præsentibus obligatis per-
ductis et perducendis emundare, et eliberare, mundaque eli-
bera semper facere, ac etiam Intromissionem præfatam co-
ram officio præsenti admissam in fundo bonorum præsentibus
inuadiatorum, dum per Ministerialem et Nobiles duos of-
ficiose requireretur non denegare, imo debebit et tenebitur
eandem libere dare et effectualiter admittere, dataque et ad-
missa eidem possessionem et Usum fructum præmissorum
omnium præsentibus inuadiatorum quovis modo tam
per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas
personas non præpedire nec adimere ipsosque Obligatarios
suos et illorum posteros in præmissis omnibus præsentibus
obligatis, nullo modo inquietari, ita Ut hæc eadem bona præ-
missaque omnia præsentibus inuadiata, iidem Obligatarij
sui cum posteris suis quiete et pacifice præsentis Inscriptio-
nis Obligatoriæ Vigore tenere, habere et possidere queant,
illisque Uti frui possint, Usque ad Exemptionem bonorum eorundem
summæque memoratæ totalis et integræ realem ac effecti-
vam persolutionem. Sedque sub Vadio similis summæ supra-
scriptæ Trium Millium Noningentorum Nonaginta Octo
Florenorum et grossorum Quindecim Polonicalium per eun-
dem Recognoscentem sive eius posteros suprascriptis

Obligatarijs suis eiusq́ Successoribus, ob non completionem
præmissorum omnium et singulorum tam in parte quam
in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumben:
do. Nihilominus idem suprascriptus Illustris et Magnificus
Castellanus Præmisliensis Recognoscens iisdem Generosis Drze:
wianowskim Coniugibus Obligatarijs suis rumationem
ad Dominicam Lætare Quadragesimalem Quadratem
et hyemationem pecorum ad Festum Sancti Adalberti post
exemptionem bonorum suprascriptorum dat et concedit.
Sedq́ sub simili Vadio summæ suprascriptæ, Pro quo quidem
Vadio Vel Vadiis modo præmisso ad solvendum succu:
bitur, ac pro re aliqua principali ex præmissis non completa
Complenda Citatus existens memoratus Recognoscens Illu:
stris et Magnificus Castellanus Præmisliensis sive eius
successores Ad Instantiam præfatorum Generosorum Drze:
wianowskich Coniugum Obligatariorum suorum Vel eorum
posterorum. ad Officium præsens Castrense Capitaneale
Præmisliense ex tunc recessu suprascripto quo ad respon:
dendum spectat mediante semper in primo Citationis
Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere, re:
spondere Vadium præfatum luere, Inscriptioni præsen:
ti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tene:
bitur, Seq́ ac suos successores, ad eadem omnia inscribit
et obligat præsentibus, illum Terminum primum perem:
ptorium, et alios omnes exinde Consequentes Causæ
eiusdem Terminos semper peremptorios Vera infirmitate
propria ministerialitate successorum, legatione intra
Vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad
Exercitum Vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus
impedimentis non differendo ad quietationem stricta
Vltra præs.

Ultra proximos officij prædati Castrensis Capitanealis Præmysliensis Terminos dilationum sibi non recipiendo nullasq motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac præmissa omnia pænis simplicibus vel triplicatis excasionibus suspensionibus fatalibus Juris præscriptione Terrestri bello Conventioneq ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo Hac sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia et singula mediante.

Los Gumowskiego Quietat.

953

Comparens personaliter Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmysliensibus Generosus Jacobus a Grotkow Los Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmysliensi Jurisdictioni quo ad actum præsentem attinet seum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando ac eiq subijciendo palam, libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Generosum Franciscum Gumowski Tribunum Tribunum Terræ Zydaczoviensis et ipsius posteros de Causa et actione Judiciaria perse Recognoscentem eidem supranominato Generoso Tribuno Terræ Zydaczoviensis ratione non solutionis summæ certæ pecuniariæ tum et aliarum quarumuis prætensionum in processu Causæ fusius et clarius specificatorum, ad Judicium Tribunalitium Regni Lublinense seu aliud quodlibet Regni instituta et inten: